



Quæ nocent, docent:

CAPUT XXIV.

**H**A Ctenus his operationibus<sup>a</sup>, quæ omnes acidis & salsis perficiuntur, nullibi apparuit alterius destructio, sed eamus ad Rapsodiam Reformatoris, quam superbo titulo *Mantissam Hermeticam* a vocat, ut eius proprijs scriptis erudiamini, vbi se se offert,

*Mercurij sublimati corrosui vera preparatio.* b

Vinum vendibile (ait poëta) Hederâ non indiget; quare huic titulo addat, *vera preparatio*, non video! Suspicer ne Reformato, more consueto, hac vana promissione nobis dolose imponat, eamus illi obuiam.

*Mercurius*, inquit, recte sublimatur, cum sale & vitriolo (mirum quod non timeat, acidi vi-

a Quid Her-  
mes de his  
nugis sen-  
serit Refor-  
mator igno-  
rat.

b Mantis.  
fol. 801.

*Hippocrates Chymicus.* 201  
trioli destructionem à sale ) sed  
quia sic ab alijs scriptum inue-  
nit , saltem addit ; *Vitriolum cau-*  
*tè calcinari debere , ne priuetur*  
*acido spiritu.* Sibi videtur hīc  
aliquid magni momenti admo-  
nere . Ut etiam : quod sublima-  
tio *Mercurij bis terne reitere-*  
*tur nouis speciebus sale scilicet*  
*& vitriolo :* Sed ad quid , hæc  
repetita sublimatio cum nouis  
speciebus ? Mercurius enim se-  
mel saturatus , acidis spiritibus ,  
ad quid reiteratur labor ? præ-  
cipue si verum est , ut est veri-  
ssimum in natura , quod *omnia*  
*reguntur certis numeris ponde-*  
*ribus & mensuris iuxta illud*  
*poetæ.*

*Est modus in rebus , sunt certi*  
*denique fines ,*

*Quos ultra citraque , nequit con-*  
*sistere rectum*

Sic etiam mercurij natura , aci-  
dis spiritibus semel saturata , ab-  
sorpsit & combibit , quantum  
perfert , & quantum indiget à  
prima sublimatione : & licet cen-

ties deinde sublimetur , aut per se , aut nouis speciebus , semper manet idem sublimatus mercurius : adeoque reiterare laborem , est tempus & species inutiliter perdere . Hoc est quod ait Sapiens in proverbijs : a *Abominabile apud Deum pondus & pondus , mensura & mensura.*

a Cap. 20.  
vers. 10.

Scio à multis expeti modum sublimandi mercurium , propter metum , quod is qui venditur hinc inde , admistum habeat Arsenicum ; quod tamen , vt periculosa merx , mercurio in eius sublimatione addi nequit , propter subtile venenum , quod sublimando spirat , ac operatores suffocat : venenum esse subtile , ostendam proprio periculo .

*Arsenicum.* Olim cum Arsenicum ( Iohannis Agricolæ suafu ) toties sublimare tentarem , vt tandem fixum in fundo vasis permanere deberet ; ( non enim tunc temporis , ob sciendi desiderium , neque fumos , neque vapores , aut quic-

quam periculi timui ) post multas sublimationes, cum vas aperiisse, inspirauit auram palato tam suauem, dulcem ac gratiam, quam cum admiratione nunquam antea similem expertus fueram; sed post semihorlam stomachum dolentem & contractum sensi, cum omnium membrorum convulsione, respirauit difficulter, sanguinem minxi cum indicibili ardore; subito post, colico dolore correptus, totusque contractus evasi, per sesquihoræ spatium: Lacte & oleo restitutus, mediocriter me habui: febris tamen lenta, hepticæ similis, per integrum hyemem permansit, quam extinxi vulneriarum herbarum decoctis, & esu cimarum brassicæ, aquâ bulliente tabefactarum, Auranciorum succo, oleo & modico sale conditis. Imò natura sic appetebat hunc cibum, ut vix hotam cœnæ expectare possem, hisque remedijs perfectè conualui.

*Geber de  
Argento c.  
18. & Ba-  
si. ius de  
propriet. 7.  
metall. de  
Ioue.  
Stannum  
dat argen-  
tum.*

*a 2. volum.  
theatri  
Chymici.  
fol. 29.*

Sed nullâ ratione habitâ peri-  
culi , sunt qui stannum purum  
in puluerem exurunt , quod nul-  
lâ vulgari arte in stannum redu-  
ci potest , sicut reliqua metalla ;  
cum arsenico tamen sit scoria , cu-  
iis pars singulari artificio in pu-  
rum argentum transit. Hanc se-  
parationis artem sciuit & exer-  
cuit Sigismundus VVan , Ci-  
ves VVondfiedlensis in Voitlan-  
dia , cum ingenti emolumento ,  
ita vt Anno 1464. ibidem Hof-  
pitale splendidissimum ædifica-  
verit institueritque , vt narrat  
Gasparus Bruschius ; quod &  
hodiè cum epitaphio dicti ciuis  
conspicitur.

Quod autem ex stanno cum  
arsenico fiat argentum , id con-  
firmat Clavius in *Apologia* *ad*  
contra Erastum , qui videatur.  
Et hæc de arsenico curiosis ex-  
posuisse sat est.

Nunc ad Mercurium , vnde  
digressus , redeo , qui sublimatur  
hac proportione.

Mercurij seu Argenti viui li-  
bras

*Hippocrates Chymicus.* 205

bras 280. tantum pendet sarcina vnica, sicut in ouinis pellibus ex Hidria aduehuntur. Mercu-  
rij sublimati lib. 20. salis com-  
munis, salis petræ an. lib. 200.  
capitis mortui reseruati lib. 50.  
vitrioli rubificati lib. 400. om-  
nia separatim debent in pulue-  
rem reduci, sub lapide molari,  
qui calcat.

Mixtio fit hoc modo.

Mercurius viuus & sublima-  
tus, portioque salis communis  
& salis petræ, priùs debent com-  
misceri, & quantumvis salia sint  
arida facta, ab hac mixtura ta-  
men madescunt: sic Mercurius,  
miscendo cum dictis speciebus  
moritur; tunc adde reliquam  
partem salium, perge miscere  
ligone ferreo, donec Mercurius  
nullibi viuus appareat. Hæc mix-  
tura est humidissima, cui si ad-  
dere velles vitriolum rubifica-  
tum, quod est valdè aridum, ab-  
sumit humidum in momento, &  
simul saxi duritiem induit. O-  
portet itaque loco dicti vitrioli,

*Mercuriu-  
rij subli-  
matio vif-  
garis.*

S

addere caput mortuum, aut reservatum de prima sublimatione, aut de aqua fortis, perinde est; sic modice siccatur mixtura, quam nunc debetis per cribrum agitare; *Cribratum puluerem postea, commode miscere potes cum vitriolo rubificato.* Iam habes mixturam, quacum impleto 16. vas a vitrea magna (quarta pars sit vacua) quæ locentur in capitellos, & sublimabis Mercurium ex cineribus (minime verò aperito igne, ut nugatur Reformato) in quatuor furnellis, quorum quilibet contineat quatuor vas a; vasibus appone alembica, negligenter saltem, cum suis receptaculis. Ignis per 24. horas sit latus, in illo tempore salia dissolvunt Mercurium, spiratque in illa actione odorem aquæ fortis, qui pulmoni nocet, imò inspirantem ferè suffocat, sicut Criptæ odor Puteolis, prope Neapolim, canem. Post 24. horas odor perire, & tunc sublimari incipit Mercurius (aqua in

fortem collige, quæ fortificatur  
alijs speciebus, inferuitque præ-  
cipitationi Mercurij ) cum illo  
calore persevera, donec Mercur-  
ium in forma placentæ, à suo  
capite mortuo separatum in sum-  
mo videoas, quod sit plerumque  
quinto die si bene operatus fuc-  
ris.

Frigefactis rebus, propter gra-  
ue pondus sublimati, sponte cre-  
pant vasa vitrea ( fragmenta se-  
paratim collige, habent enim  
aliquid sublimati, quod abrade,  
quocum alia vice Mercurius  
currens mortificari debet ) caue  
cinerem, ne per rimas decidat  
supra placentas, quas curiosè  
ambibus manibus prehendunt,  
ac seponunt; panes vocant, quo-  
rum quilibet pendebit circiter 25.  
libras plus minusue, iuxta ca-  
pacitatem vasis, quod plus vel  
minus de mixtura capiebat, ita  
ut ex 280. pondo Mercurij viui  
& 20. sublimati, colligas sublima-  
ti ter centum, & octoginta. Cre-  
uit itaque in pondere Mercurius

S ij

208 *Ottonis Tachenij*

viuus 30. libris, non quidem ex  
acido vitrioli rubificati, ut existi-  
mat Reformato<sup>r</sup>, quod ob id  
*cantè calcinandum* docet: sed so-  
lo sale communi, quod sic pro-  
bo.

Error Re-  
formatoris.

*Mercu-  
rius subli-  
matus dul-  
cis rubri  
coloris*

Sublimetur idem Mercurius,  
eadem proportione nitri & vi-  
trioli rubificati, absque sale com-  
muni, tunc ascendit Mercurius  
rubeus, nihilque ponderis, ne-  
que corrosiui acquisiuit.

*Mercurius  
præcipita-  
tus commu-  
nus.*

Sic quoque si idem Mercurius  
præcipitatur aquâ forti ex nitro  
& vitriolo, tunc splendens ru-  
bescit, nihilque acquirit ponde-  
ris. Causa est quod nitrum sul-  
phureum eleuat sulphur vitrioli,  
quæ coniunctim agunt saltem in  
suum simile, id est in sulphur ex-  
ternum Mercurij adeoque nihil  
potest crescere, neque corrosiuam  
vim induere.

